

Aleksander Wielki pisze list do króla Persów Dariusza III

"Rex Alexander Dareo salutem dicit. Dareus ille, cuius nomen sumpsisti, Graecos, qui oram Hellesponti tenent, coloniasque Graecorum Ionias omni clade vastavit, cum magno deinde exercitu mare traiecit, inlato Macedoniae et Graeciae bello. Rursus Xerxes, filius eius, ad oppugnandos nos cum barbarorum copiis venit; qui, navali proelio victus, Mardonium tamen reliquit in Graecia, ut popularetur urbes, agros ureret. Philippum vero parentem meum quis ignorat ab iis interfectum esse, quos sollicitaverant vestri? Impia enim bella suscipitis; repello igitur bellum, non infero. Et dii quoque pro meliore stant causa: magnam partem Asiae in potestatem redegi meam, te ipsum acie vici."

Objaśnienia:

Dareus, -i – Dariusz III, król perski, przeciwnik Aleksandra
salutem dicere – pozdrawiać

Dareus ille – ów Dariusz, Dariusz I Wielki, król perski, przeciwnik Aten podczas wojny perskiej w roku 490 p.n.e.

Hellespontus, -i – Hellespont, inaczej cieśnina Dardanele, łącząca Morze Egejskie z Morzem Marmara

Ionius, -a, -um – joński

Xerxes, -is – Kserkses, król perski, syn Dariusza I Wielkiego, przeciwnik Aten podczas wojny perskiej w roku 480 p.n.e.

Mardonius, -i – Mardoniusz, jeden z wodzów Kserksesa

Philippus, -i – Filip II Macedoński, ojciec Aleksandra, zamordowany w roku 336 p.n.e.